PSALTERIUM
St. Gallen oder Regensburg, 2. Drittel 9. Jh. Seite 23v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



INFINEM PSALMUS DD CANTICUM ⁊ Eccla orat ut eius exaudiatur oratio · increpans infideles quia uanitatem sequantur · monetq · generalitatē · ut sacrificium iustitie dō immolet · unde ingentia eius beneficia consequatur ⁊

CUM INUOCAREM EXAUDIUIT ME DS IUSTITIE MEE · IN TRIBULATIONE DILATASTI MIHI ⁊ MISERERE MEI · & EXAUDI ORATIONEM MEAM ⁊ FILII HOMINUM USQUE QUO GRAUI CORDE · UT QUID DILIGITIS UANITATEM · & QUERITIS MENDACIUM ⁊ DP

ET SCITOTE QUONIAM MIRIFICAUIT DNS SCM SUU · DNS EXAUDIET ÷ ME · CUM CLAMA UERO AD EUM ⁊ IRASCIMINI & NOLITE PECCARE · QUE DICITIS IN CORDIBUS UESTRIS · IN CUBILIBUS UESTRIS COMPUNGIMINI ⁊ DP

Psalmorum finis · non modo significat alicuius rei consumptionem sed perfectionē · & ideo hic ad xpm est referendum · qui est finis legis · Psalmus est musicum organū · quo diuina preconia canebantur ⁊ Canticum · quo supernas laudes humanis uocibus prophetae personabat ⁊

Miserendum sibi esse dicit pia mater · si eius oratio pro filiis audiretur · quoniam quicquid membris tribuitur · toto hoc corpore sine dubitatione prestatur ⁊

Hic indicat propheta · archanum scāe incarnationis ⁊ Scm dicit · id est filium ⁊ Merito se exauditum dicit · quoniam xpm populis predicauit ⁊ Clamat ad xpm qui illum bonis operibus supplicat ⁊

SEQ DP · septuaginta interpretes · sela posuerūt ⁊ Simachus & theodotio · dp · Aquila semp · & puto ut sit signū alicuius musici soni · aut certe perpetuitatē non tantum ad presens sed sequentium uel que precesserint indicari ⁊

Vox ecclesiae ad xpm · licet se sciat auditam · Tamen orare non cessat ⁊ Tribulatio est quae dilatat In martyrio scām dī ecclesiam · quando eodem tempore confessores fiunt & martyres coronantur · totaq · turba iustorum in tribulatione augetur ⁊

Graues corde dicit filios · qui agnita ueritate hoc est xpo · adorare magis eligerunt idola falsitatis ⁊ Uanum dicitur qd adō probatur alienum ⁊ Mendacium · hoc est idolum ⁊ Tale enim nomen merito susceperunt · quia contra ueritatem erecti sunt ⁊ Diligere enim debemus proficua non noxia ⁊

Irasci debemus p̄teritis peccatis · id poenitendo · ut horreat nos quod peccauimus ⁊ Cum dicit in cordibus & in cubilibus · ostendit agnoscere dm cogitationes hominum ⁊ Cubile enī acubando dr · qd est domicilium ferarū · est sensus · deserite prauas cogitationes · antequā scelera perpetretis ⁊